Incun. 49

BENEVENVTI GRASSI HIEROSOLIMITANI DOCTORIS CELEBERRIMI AC EXPERTISSIMI DE OCVLIS EORVMQVE EGRITVDINIBVS & CVRIS FELICITER INCIPIT.

a Vditores audiant omnes circunstātias qui cupiunt audire nouam scientiam: & habere famam ueritatis: adiscere artem probatissimam oculorum: a me Beneuenuto compositam: secundum dicta antiquorū philosophorum: & meam experientiam: per longum tempus exercitium quod habui eundo per mundū: & per diuersas mundi partes: medicando tam in frigidis quam in calidis regionibus: diuino auxilio adiuuante: & semp agente: de notoriis causis oculorum & conualescentiis eorum: secundum accidentia cuiuslibet humoris cum iuuatiuis expertis medicinis ītegre: & docebo omēs certissimas: & probatissimas: quas reducendo in scriptis et semper in meam reuocando memoriam cōseruaui quousq; habui plenitudinem de omnibus egritudinibus oculorū: & de omnibus humoribus eorum: tam de causis accidentibus & supuenientibus: quam de curis necessariis: & pulueribus: coliriis: emplastris & superue

nientibus unctionibus: & pillulis:& purgationibus ele ctuariis:& cauteriis: & abstinentiis a contrariis & regimine bonorū ciborum:& ponam naturā secundū quanlibet infirmitatem per se. Quibus peractis compillatis & ordinate scriptis in meo libro intitulatus ero ipsum q uere est ars probatissima oculorum & digne sit nominatus:quoniam erit medicine expertus undique & probatus. Hoc autem opus placet mihi componere ob hoc quia uidi illud esse necessarium humane naturae:nam auctores nō ad plenum tractauerunt de arte ista que illuminat totum corpus sicut fecerunt & de aliis infirmitatibus consuetis: & nullum uidi tempore meo inter christianos tractare & exercere secundū artem illam medicamina:que conferant pro illo membro quod illuminat totum corpus. Ars enim erat pretermissa & ibat per manus insipientium:& excercebant eam absque ratione:& sine cognitione ipsius confundebant que homines:eam cum errore maximo operantes.

De diffinitione & cognitione oculi.

o C ulus est membrum concauum plenus aqua: constitutus in fronte capitis ut administret corpus:adiuuante spiritu uisibili cum maiori uolumine & si pretiosum instrumentum sic indignatum a parte nerui:idest extra cuncauitatem; et super medietatem oculi:et est carnosum:sed ex parte palpebrarum est claris

fimus per medium claritatis apparet pupilla per quam spiritus uisibilis ueniendo per neruum concauum habet exitum.i.aquas:et tunicas:que tunice dicit Iohānutius ꝙ sunt .Septem. Et prima uocatur Retina.Secunda.Secundina. Tercia.Sclirotica.Quarta. Aranea. Quinta.Vuea.Sexta.Cornea.Septima coniunctiua. Et dicit ꝙ colores oculorum sunt.iiii.scilicet Niger Subalbidus:Varius:et Glaucus.

De tunicis oculorum.

e G o autem Beneuenutus dico ꝙ tunice oculorum sunt due:& probo per magnum excercitium meum ꝙ habui:& experimentum quod probaui & maxime in anotomia: unde dico ꝙ non sunt nisi due tunice tantum:Et primam uoco saluatricē:quia saluat totum oculum:& retinet humores oculorum.Secundā uoco discoloratam:quia non est color in ea.Vnde dico ꝙ nullus color est in oculis: sed talis color qui apparet non est per se:sed per excercitum:& claritatem humoris cristalini:qa quādo humor cristalinus est prope tunicas oculi uidetur de uno colore: & sic uariat unū ab alio colore:& quādo est ī profūditate de alio colore:& sic uariatur unus ab alio secundum exitum humorum:unde illi qui habent humores in profunditate dico ꝙ apparent oculi eorum nigri & melius uidet: sed post qui pueniūt ad etatē.xxx.annorū deterioratur

Et illi qui habent in medietate dico q͡ bene uident a pueritia usq͡ ad senectutem & apparent oculi eorū mediocriter nigri: sed in multis de istis magis obtalmie & paniculi dominatur quam de aliis. Et illi qui habēt humores iuxta tunicas sunt uarii & pendent ad albedinem: et tales non bene uident in pueritia neq͡ in senectute: & ī istis uariis magne superueniunt lachrime quā in aliis: & semper habent palpebras rubeas: ideo dico q͡ hii tales non bene uident: quia spiritus uisibilis ueniendo per neruos concauos & inueniendo humores iuxta tunicas cito disgregantur & refrigescunt extra.

Dixi uobis de illis in quibus apparent oculi eorū uarii. & pendent in albedine: qua de causa multi eorū non bene uident. A modo dicam de illis qui habent oculos eorum mediocriter: qua de causa magis durat ī eis uisus quam in aliis in aliquo istorum. Idcirco dico uobis q͡ humor christalinus residens in medio: & spiritus ueniendo per neruos concauos facit ibi residētiam propter humorem uitreum concauitatis oculorum qui retinet eum: ideo non possunt disgregari: quia habent humores in medio oculorum. Narraui uobis de illis qui habent humores in medio oculorum: qua de causa durat ī eis magis quam in aliis. Explere uobis uolo de illis qui habent humores in profunditate & apparent oculi eorum nigri & magis uidēt: sed non

durat in multis usque ad senectutem: & ideo melius uident propter profunditatem humoris christalini & spiritus uisibilis inueniendo magnum spatium replet totam concauitatem oculorum antequam transseat ex tra humorem uitreum: & tunicas oculorum. Et si uul tis scire qua de causa usus non durat ĩ multis istorũ usque ad senectutem: quia magnam sumunt fumosita tem & catharatem quam ĩ aliis.

d E terminato de tunicis oculorũ & q in eis p se color aliquatenus nõ existit: modo dicam de ip sorum humoribus: qui sunt Tres: primus: Albigineus dicitur: quia assimilatur albugini oui: secũdus: Christa linus: quia assimillatur christallo: Tercius: Vitreus quia assimilatur uitro. Qualiter autem oculus compo situs est in capite cum humoribus suis: secũdum ano tomiam quam probaui & inueni. Est quedam concaui tas in summitate nerui obtici: & illa concauitas est ple na aqua grossa: adiuuantibus maneriebus: & in humo re & non in figura sed tactu. Vnde prima speties que est in tactu: est similis albugini oui. Secunda autẽ sicut gũma recens. Tercia uero habet tactum sicut lar dum porcium quando est coctum: & omnes sunt in una substantia: & non sunt separate ĩ figura: & habet diuisionem in tactu. s. nomine. Primus humor est na turaliter frigidus: & humidus: quẽ Iohãnitius uocat

3

albugineus. Secūdus christalinus. Tercius uero Vitreus. Primus nāqȝ humor est naturaliter frigidus: & huīdus. Secundus frigidus: & siccus. Tercius uero similiter. Sed tātū unus habet de frigiditate quātū alii humores: qa cōponitur sua frigiditas ad calorē sanguinis: qui est in palpebris: quia magis uicinatur eis quam aliis. Item humor uitreus: & christalinus: a gūmositate cerebri nutriūtur: secundum magistrum Nicolaum: & anothomiam artis probatissime oculorum.

De catharatis oculorum.

m O do notandum est de infirmitatibus oculorum superuenientibus eis: & de causis necessariis. Et primo de catharatis. Dico ergo ꝙ Septē sūt speties catharatarum quatuor uero curabilium: & tres incurabilium. Sed primo oportet explanare illas speties que sunt curabiles: quia per certū cognoscitur incertum. Prima ergo speties curabilis: est illa que est alba sicut calx purissima. Et secunda est alba tantū & assimilatur colori celestrino. & procedit a stomacho: & accidit occasione malorum ciborum: a quibus eleuatur fumositas mala: & illa fumositas ascendit ad cerebrum & etiam in catharata augmentatur. Tercia speties est illa que est alba: & assimilatur colori ceruleo etiā prouenit ex multo dolore capitis: sicut est emigraneus: aliquando propter nimiam frigiditatem & propter nimiā

quatuor speties cathararte

4

angustiam:& planctum lachrimarum:& uigiliam: & similia illis. Quarta uero speties que est in colore citrino:accidit ex multo potu:& multa comestione:propter magnum laborē multotiens generatur ex humore melanconico. De curatione catharatarum.

u I so de curationibus catharatarum curabiliū & de causis accidentibus:egrotationibus eorū dem. Videndum est de curatione ipsarum. Dicimus enim in ueritate & affirmamus q̃ omnes speties catharatarum curari non possunt nisi prius compleantur & bene firmentur:& post quam sunt bene complete hec sunt signa:quia patiens ab illa hora in antea non uidet claritatem solis in uia:nec in lumine lucem:nec in sero nec de nocte:sed quidem medici ignorātes causam credunt ipsas cū purgationibus:& pulueribus:& coliriis curare:& falluntur:qa iste catharate neque cum medicinis:neque cum pulueribus:neque cum colliriis:neque enim ellectuariis: curantur:quia omnes sunt subtus tunicas oculorum.s.de humore albugineo:quia occasione supradictorum accidentium humor christalinus disoluitur & putrescit:& ipsa putrefactio est aqua coagulata que poītur ante lucē infra tunicas & humorē christalinū. Vnde sarraceni:& arrabes:uocant ipsam linzaret.i.aqua putrefacta in oculis. In latino autem prouidi medici salernitani uocant ipsam catharatam: quia

linzaret aqua putrefacta in oculo.

4

illa aquā putrefacta ponitur ante lucem .i. ante tunicā inter tunicas & lumen oculorum: ergo curari non potest cum pulueribus: nec cum aliis medicinis quia ambulare non possunt intrinsecus: nec secundū magisterium nostrum: & artem probatissimam oculorum.

D e cura eorum.

c V ra uero hec est primo purgatur caput cum pillulis hierosolimitanis a nobis cōpositis .s. ex turbit. ℥ .s. aloes epatici. ℥ .v. cum zucharo rosaceo: sequenti uero die post purgationem in hora tertiarum faciatis sedere infirmum supra unum scannum ueludsi equitaret: & tu sedeas cum ipso facie ad faciem: & teneat unum oculum clausum .s. bonum: & īcicipias curare malum. In nomine domini iesu christi & cum una manu subleua palpebram superiorem: & cum alia teneas acum argenteam & ponas ipsam acum in pte lachrimalis minoris: & perfora ipsam tunicam oculi torquendo & retorquendo cum digitis tuis donec tangas cū pūcta acus aquam illam putrefactam: quam sarraceni et arabes: uocant limzaret: & penes nos uocatur catharata & incipias cum puncta acus de subtus & remoueas ipsam a loco in quo manet .i. ante pupillam: & facias descendere inferius: & substineas ipsam per tantum spatium donec dicas .iiii. pater noster: & postea remoueas acum plane desuper: et si accidit ꝙ reuertatur sursum

pillule ℞ turb. ℥ 1. 3 s. aloes epat. 3 v. cū sucharo rosa[ce]o.

reducas ipsam a parte lachrimalis minoris.i.uersus auri culam: & eo q posuisti acum in oculo non debes ipsam extrahere:nisi prius collocetur catharata ad ptem sicut superius dictum est: & postea plane extrahas acum sicut misisti:torquendo & retorquendo cũ digitis tuis: & extracta acu facias retinere oculum pacientis clausum: & facias ipsum in lecto iacere suppinum: & locetur in domo tenebrosa cũ oculis clausis:ita tamen ut non uideat lumen usq ad octo dies nec moueatur: & clara oui supermittatur bis in die: & bis in nocte: usque ad terminum ante dictum. & comedat oua sorbilia cum pane:& si est iuuenis bibat aquam:si autem senex bibat uinum bene limphatum multi autem precipiunt ut comedant carnes pullorũ:nos uero prohibemus quia multum nutriunt: unde forte propter multũ nutrimentum habundaret sanguis in oculis. & sic esset contrarium nature cure. Finito ergo numero .viii. uel .viiii. dierum infirmus faciat sibi signum sancte crucis & surgat a lecto:& abluat se cum aqua frigida:deinde paulatim conseruetur in frigidis:& tali modo curatur omnes catharate curabiles.s.calcinea celestrina cerulea & citrina. Et si aliquis aliter curaret uel curare uellet nisi secundum hunc modum:uidelicet secũdum id quod reperitur in nostro libro:ignorat: et curam et artẽ istam quam uocamus acocce.i.dispositio catharate.&dicitur

5

alglugal:quia proprie operatio ista fit cum acu:et de bet esse argentea:uel aurea. De ferro autem prohibe mus:quia plura possent accidere nocumenta. Primum est quia ipsa est durioris substantie quã illa de argẽ to:& ex sua duritie dissoluit ubicũque tangit:sed nota ꝙ catharata est dure substãtie: unde in separatione que fit ante lucem.i.ante pupillam posset puncta acus fran gi & remaneret ĩ oculo:et ob hunc casũ tota substãtia oculi consumeretur per dolorem oculi quia dolor pos set esse causa apostematis calidi:sequeretur etiam assi duus & continuus fluxus lachrimarum & non ingeni um in curatione ipsius. Item maxime quia magis est ponderosa: & sentit ex ipsa patiẽs maiorem dolorem propter grauedinem & duriciem suã: quam si esset de argẽto uel auro:& dicimus ꝙ iste ambe sunt meliores propter puritatem & moliciem earum: & nota ꝙ illa de auro magis clarificat propter dñiũ sui quod habet in frigiditate & humiditate:quia gaudet magis & cla rificat in suo simili.

Audiuistis supradictas causas:Species: Accidentia & curas catharatharum curabilium: Amodo audite de diuisione que est inter unam & aliã:et de restauratione luminis in quibus post earum restaurationem melius uidetur:uerbi gratia prima que est alba sicut purissĩa calx aliquando euenit propter accidentem percussio

nem in oculis:& facilius curatur:si inde patiens nõ be
ne uidet propter accidentẽ pcussionem in oculis quã
substinuit in oculo:quia humores oculorum.s.albugi
neus:christalinus:& uitreus:dissoluũtur in parte.s.sicut
dissoluuntur huõres in aliis partibus corporis quãdo ac
cidit percussio.

D e secunda spetie alba.

d E secunda uero spetie que est alba & uertitur
ĩ colore celestrino dicimus uobis uere q si be
ne exit catharata sicut superius est monstratum: paci
ens ad pristinam sanitatem reuertitur:& si uultis scire
causas:dico q est propter uarietatem & exitum hu
morum:& ex abundantia spiritus uisibilis existentis
in oculis:quare firmiter sciatis q omnes illi qui erunt
passi de secunda spetie melius uidebunt quam de omĩ
bus aliis spetiebus.

D e tertia spetie.

t E ertia autẽ species est Cerulea: que postquã
erit curata sicut superius dictum est: & repara
tum est lumen:non diu permanebit in illo statu:nisi iu
uetur cum medicinis: & specialiter cũ isto ellectuario
hierosolimitano sumẽdo uidelicet de ipso frequẽtius
℞ecipe ergo olibani. ʒ .ii.gariofali nucis muscate nu
cis indie:galãghe:ãn.ʒ.se.castorei boni.õc.i.hec omĩa
bene pulueriz ẽtur & cribelẽtur et cũ melle despumato

electuarium hierosolimitanum ad catharatam contra olibanum

6

confitiantur & de tali ellectuario paciens summat de mane cum surgit a lecto ieiuno stomacho ad quãtitatem nucis & similiter accipiat in sero quando ibit dormitum. & custodiat se a cibis contrariis & indigestibilibus. s. calidis: & humidis: & humorẽ sanguineũ generãtibus. s. toto tempore uite sue: & custodiat se a frigidis & siccis. s. a carnibus uacinis: porcinis: anguillis: & fungis: & ab omnibus agruminibus acutis: quia multum offendunt & hoc sumus experti quia multi uenerunt ad doctrinam nostram: & non habebant catharatas completas: aliquando dedimus de eis ad comedendũ ut citius splanarentur & consumerentur & iterum nota: semper bibant uinum calidum: in quo bulliantur saluia & ruta: & custodiant a cohitu quantũ plus possunt & nunquam intrent balneum: specialiter stuffas: & si uoluerint se balneare preparent sibi tinam in domo sua: cum aqua in qua cocta fuerit camomilla: & herbe odorifere: & teneant faciem suam extra tinam: ita ꝙ fumositas que est aqua que egreditur nõ offendat oculos. De quarta spetie.

q Varta uero speties cui est color quasi citrinus est durissima inter omnes alias: & est rotunda Ergo quando capis ipsam cum acu non debes ipsam ponere inferius: quia non staret propter rotunditatem & duriciem eius. sed pone ipsam a ꝑte lachrimalis mi

noris:& fige eam ibi:et postquã extraxeris acũ uertas manum tuam ad partem nasi:et postea extrahe acũ plane torquendo & retorquendo cum digitis tuis sicut habuisti in cura curandi quam superius dixi: unde reminiscimur nos ꝙ omnes illi qui passi fuerunt de omnibus infirmitatibus catharatarum oculorum:& maxime catharatarũ curabiliũ post catharatas cineritias curabiles nõ ĩdigẽt abstinẽtia:qa nos probauimus ꝙ non nocet eis non abstinere:sed est neccessariũ eis ut habeãt cibos confortatiuos:& nutritiuos:ad hoc ut cõfortentur nerui per quos spiritus uisibilis deffertur ad oculos.

De prima que est incurabilis.

i A am compleuimus uobis tractatum curabilium:& docuimus nos causas & curas de omnibus secundum certissimam experientiam nostram & artem probatissimam oculorum: modo reuertamur ad alias tres speties que sunt incurabiles. Vnde primo dicemus de prima spetie incurabili:& illa quã medici salernitani uocant guttam serenam: & per hec signa cognoscitur: uerbi gratia: quia pupilla est nigra & clara ac si non haberet aliquam maculam et inter grauitates oculorum apparet serenum:et oculi semper mouentur cum palpebris quasi tremẽdo:ac si essẽt pleni argẽto uiuo et nos uidimus multos qui fuerũt ĩ illa infirmitate: unde dicimus uobis ꝙ accidit ex uitio materno: ꝑ aliquã

corruptionē que dnatur ibi;et ideo nascūtur sic luīne: et nos probauimus curare multos illorū cū uariis et diuersis medicinis et nullū potuimus sanare. Vnde sciatis karissimi ꝙ nunquam uidimus nec audiuimus dici quod aliqui curarentur: sed tamen aliqui istorum uident claritatem diei:& uadunt per uiam cum oculis apertis ac si plane uiderent: & multi de illis sunt qui uident staturam hominis uel alicuius rei:& ī quibusdam illorū permanet illud tantillum hominis usque ad ultimū uite sue:& in aliquibus non durat:nec uident ac si non haberent oculos:unde karissimi dicimus uobis uere ꝙ si omnes istī qui patiuntur talem infirmitatem que dicitur gutta serena: &illi qui uident aliquantulū plus quam alii:amittunt in fine ex toto lumen:sicut superius dicimus:si quilibet eorum haberet totum mundum & totum uellet dare:& omnes homines de mundo essent medici non posset aliquis eis iuuamentum cōferre:nisi dominus noster iesus christus faceret ex uirtute diuina:quia nerui obtici sunt opillati & mortificati ꝙ nullo auxilio iuuari possūt:& uocamus quandoque catharatas serenales que generātur a quadam corruptione descendente a cerebro ad modum gute aque que descendit ita repente:ꝙ dissoluit & corumpit omnes humores oculorum:taliter ꝙ ab illa hora in antea nerui obtici opillantur sicut superius diximus.

De secunda incurabili.

s Ecunda autē species incurabilis: est illa que ap
paret in oculis qui sunt in colore uiridi: uelud
lipitudo: siue uiriditas: que est in aquis multis un
de firmiter sciatis: ꝙ ista species catharatarū nō pau
latim uenit sed subito descendit: & ita repente ꝙ ab il
la hora inantea paciens nihil uidet ac si non haberet ocu
los: unde dicimus uobis ꝙ ista species catharatarū ĩcu
rabilium deterior est inter omnes. Causa enim huius
speciei est propter magnam frigiditatē cerebri: & flu
xum lachrimarum. Et accidit etiam ex angustia: & ni
mia uigilia: & propter nimiam dolorem & timorem:
& propter percussiomem capitis: & propter ieiunium:
& hiis similia.

De tercia spetie incurabili.

d I cimus uobis de secunda catharata incurabili
nunc uolo uobis dicere de tercia que uidetur
ita dilatata ꝙ in oculo non apparet circulus aliquis: &
apparet tota pupilla aut nigra aut alba: ūde dico uobis
ꝙ postquam pupilla est dilatata pro certo nullum
remedium pertinens ad medicinam fieri potest: quod
eis iuuatiuum sit. Et si quis dicit ipsas uelle curare in
uanum laborat.

De aliis ĩfirmitatibus accidentibus uel accidenta.

a Vdistis etiam quot sint catharate incurabiles: &
que sit differentia iter eas & diuersitates: &

curas:& acidentia:earum. Incipiamus In nomine iesu christi de aliis infirmitatibus accidentalibus in oculis ob occasiõn quatuor humorũ.s.Sanguinis. Flegmatis Colere:& melancolie:. Et primo dicemus de sanguine. Dicimus ergo uobis ꝙ per multitudinem sanguis aliquando descendit in oculis quedam rubedo:& ardor aliqs: que rubedo aliquotiens ĩ pruritũ conuertitur: & desiccat palpebras taliter ꝙ non remanet in eis pillus: & si ista infirmitas perduret spatio unius anni ꝙ nõ curetur: faciet palpebras reuersari: unde ãtequã paciẽs perueniat ad illum statum curaremus eũ cum isto collerio nostro hierosolimitano. ¶Recipe tucie alexandrine.℥.i.cum duabus libris boni uini albi & in mortario pistetur in modum salse: & bene ducatur: ita ꝙ bene dissoluatur tota tucia: & postea cum uino ponatur in olla noua:& cum eis adiungatur.℥.i.rosarũ rub. sic.& cum predicto uino bulliatur super ignem lentũ donec unum soluatur in duas partes: & postea leuetur & cum pãno lini coletur:& ponatur in ampula uitrea & de eo bis in die in oculis instilletur.s.in mane & ĩ sero:& paciens sic liberabitur per unam ebdomadam. Nos uero postquam composuimus istud collerium cum ipso liberauimus homines innumerabiles. Hec recordamur uobis ꝙ nunquam finiatis medicari quĩ eos faciatis minui de uena mediana frontis:sed si sũt senes

collerium hierosolimitanũ

purgetis cerebrum cum nostris pillulis que ualent cõtra ardorem & pruritum oculorum.

Pillule contra pruritum oculorum.

Recipe aloes epatici sandalorũ ru. esule. reubarbari ãn. ʒ. i. turbit. & minoris cataputie. agarici. ãn. ʒ. i. compositum cum succo artemisie: & reponatur. & dentur secundum uirtutem pacientis. Et dicemus uobis in ueritate quia non ad pruritum tantum oculorum: sed etiam ad omnes pruritus corporis: & scabies potenter ualet de quocunque humore sit.

pill̃e ꝯ̃ pruritũ rum & ad pruri totũ corpus &c.

De obtalinia.

d O cuimus uos de pruritu oculorum: qui fit de humore sanguinis: adhuc docebimus uos alias infirmitates que procedunt ex habundantia sanguinis: & in quo tempore magis habundat uel superhabũdat sanguis: & plus nocet oculis quã in omibus aliis tẽporibus: & icipit a fine augusti usque ad exitum septẽbris: & accidit propter diuersitatem fructuũ quos comedunt homines illo tempore: & propter mutacionẽ aeris: unde propter hoc obtalinia & paniculi generatur in oculis. Obtalinia uero est quidem sanguis corruptibilis qui generatur ex humoribus calidis & ponitur super albedinem oculorũ: & accendit oclõs cum magno dolore: et ardore: et furore: sicut scripsimus uobis in arte probatissima oculorum: et cum magna habundãtia

9

lachrimarum:et subito ueniẽdo tumescunt oculi:et pa
ciens non potest dormire nec quiescere: quia uidetur
ei habere oculos plenos arena:spinis:etiam atq; fumo:
cum tormento:& hec est cura quam debetis facere
tam ĩ iuuenibus quam in senibus. Recipe azarnec
.i.sarcacolla.alba.pulueriz etur optime ĩ mortario ereo
& de illo puluere proiciatur in oculo uel in oculis:&
paciens iaceat suppinus cum medicina proicitur:& ab
illa hora inantea uidebis mirabilia:quia paciens non po
terat dormire:nec quiescere.die noctuq; ullo modo: &
ita subito cum posueris puluerem predictum ĩ oculis
statim incipiet dormire:&requiscere:a langoribus suis
Et prouidi medici salernitani uocant obtalmiã secun
dum Ypocratem:& Galienum:mirabiles:atq; numerabi
les:medicos. Nos autem uocamus ipsam torturã te
nebrosam:quia quando descendit in oculis:cum tã ma
gna descendit tortura q̄ oculi tenebrantur:& medici
nam predictam uocamus puluerem benedictum: quia
cum mittitur in oculis ab illa hora inantea paciens ha
bet requiem & recipit sanitatem:& cum ista cura: siue
dormitione:& purgatione: ĩnumerabiles homines libe
rauimus:& propterea in pecuñ̃a bene fiet nobis.
Et adhuc dicimus uobis per experientiam & diuersas
infirmitates que generantur in oculis occasione obtali
mie:unde sciatis karissimi q̄ malam custodiam & curã

malam quam stulti medici faciunt ignorantes artē nostrā & sequentes errorē cum suis medicinis addūt dolorem dolori: propter quod oculi efficiuntur albi: sic ꝙ nunquam redeūt ad statū suum pristinum: & ī multis hominum dissoluuntur humores oculorū propter magnum dolorem contingentem ex inconuenientibus medicinis: propter quod aliquando oculi liquefiunt: & exeunt cum tota cōcauitate extra palpebras: & isti tales infirmi nunquam uident: unde de istis dicimus ꝙ post quam ad talem statum peruenerunt nulla medicina potest eis prodesse eo ꝙ oculus est commotus: & separatus a suis membris: & est mortificatus cum tota sua substantia.

De quadā infirmitate que generatur in oculis ꝑ obtalmiā: uidelicet de caligine: & obscuritate oculorū.

d Ico enim uobis ꝙ propter obtalmiam: uidelicet post eius curationem: multi oculi cōturbētur: & non uidēt bene clare: sed habēt oculos multum fumosos: & caliginosos: & accidit eis hoc propter malam custodiam: eo ꝙ quando patiebantur obtalmiā nō bene custodiebāt se a contrariis: propter quod remanet eis ꝙ eorum oculi continue lachrimantur: unde si aliquis istorum ad uestras manus peruenerint purgetis eos cum istis pillulis in principio. Cura eius.

Recipe polipodii: esule. mirabolanorum: citrinorū:

reubarbari:an ℨ. i. masticis: cubebarum: croci: spicenardi: nucis indie: cinamomi: an. ℨ. i. & cum lacte citoniorũ confitiantur: de quibus capiat infirmus secundum eius potentiam & uirtutem. Facta uero purgatione detis ei mane: & sero: de diaolibano nostro ierosolimitano. secundum q ego dixi uobis in cura catharatarum curabilium & ponatur in oculo eius sero & mane: de puluere alexandrino donec sanatus sit: faciendo iterum abstinentiam a cibis contrariis. Compleui uobis tractatũ de cura obtalmie: & aliarum diuersarum infirmitatum que in oculo remanent propter obtalmiam & curã ẽt probatam a qualibet illarum infirmitatum de p se secundũ q ars nostra uobis demonstrauit.

Incipit tractatus paniculorum.

IN cipiamus modo cum auxiliis dei tractare de paniculis qui in oculis generantur: etiã propter abundantiam sanguinis: dico ergo q isti paniculi multis modis generãtur in oculis: generantur enim aliquando propter malam custodiam. & aliquando propter multos & magnos dolores capitis propter quos eueniunt aliquando emigranee que descendunt ad partes timporum & superciliorum: & faciunt oculos conturbari: propter quod paniculi generantur in oculis multis modis: & uocantur paniculi eo q apparent in oculis ĩ modum granorum millii super tunicam: & ĩ multis locis

uocantur.

uocantur gutatici: & in aliquibus aliis pidatelle: uel pi ctacolle uocantur: & in partibus apullie: uocantur ca ra ture: & omnes ĩ hoc bene dixerunt: propter ꝙ multe su perfluitates sanguinis consurgunt in oculis cũ magno dolore. Secundus paniculus.

Secundus paniculus ut superius dixi: est q appa ret supra tunicã ad modum calliginis: uel letiginis ad similitudinẽ unius squame piscis: paniculus Tertius: est quando apparet ab una parte oculi tantum: sicut flo cum niuis quando nĩgit. Quartus paniculus est quan do oculus apparet totus albus: nec aliqua nigredo illi appet nec de tunica: nec de pupilla. Docuimus uos qua liter paniculi generantur in oculis: & quot sunt eorũ species: nunc uolo uobis dicere curam unius cuiusq; eo rum: secundum magisterium artis nostre probate. & primo incipiamus de primo.

De cura prima paniculi.

d Iximus ꝙ quando uidebis in oculis sicut gra na millii: uos non debetis ponere alquam medi cinam intra oculum nec ẽt extra: & ꝙ illa infirmitas primi paniculi non debet curari cum medicinis lassati uis: nec cũ pulueribus: seu ellectuariis: nec ẽt cum cau teriis: eo ꝙ omnia illa nocerent eis: sed facias istã curã gloriosam pro istis paniculis: qui apparẽt sicut grana millii: cura eius est uidelicet unguentum alabastri.

II

11

alabastrum

unguentum de alabastro

R ecipe.xl.pāpanos:uel tallos:siue cimas de arbore: spi
ni siue rubi:qui sint bene teneri:& pista eos ī modum
salse:optimi uini albi libr.ii.rute.m.i.camamille sicce
uel uiridis.ʒ.iiii.lapidis qui uocatur alabastrū:libr.se.
seminis feniculorum.ʒ.se.olei rosarum libr.i.cere.ʒ.ii.
omnia ista pistentur antequam ponas ea in uino: exce
ptis floribus camomille & cera: & pone omnia ista in
una pignata:& fac eā bullire lento igne donec uinū
sit cōsumptū:postea habeas.vii.albumina ouorum cō
quassata & misse ea cum predictis rebus donec erit be
ne firmatum:postea habeas unum pannum lineum: &
colla cum eo istā misturā:ex eo enim exibit unguētū
pretiosū: quod uocabitur unguentum alabastri eo q
nullum pretium ei assimilari potest:ergo preciosum:&
uirtuosum est:& uocatur unguentum alabastri.eo q
de alabastro fit:& de isto pretioso unguento unge tim
pora & frontem usq; ad supercilia: nam cum eo solo li
berabitis istos qui habent panniculos ad modum gra
norum milii.

De uirtutibus unguenti alabastri.

c ertissime ex quo deo placuit q hunc ego librum
componerem: Nolo ea abscondere que antea ī
secreto tenebam.propter quod uobis dico p deum uerū
q unguentum allabastri uirtutes habet infinitas: eo q
non solum habet uirtutem curandi paniculos istos:sed
etiam si aliquis haberet dolorem ī capite uel in pectore

uel in brachio:seu in aliqua alia parte corporis & infir mus ungat se incontinenti liberabitur: & si supra uul nus ipsum ponas incontinenti uulnus consolidabitur. Diximus etiam q ipsum dictas habet uirtutes uidelicet q mundificat:& consolidat & dolorem tollit:etiā si paciens in dentibus seu gingiuis ex eo ungetur icō tinenti liberabitur. Et multis mulieribus patientibus dolorem matricis multotiens dedimus ad comedendū in modum electuarii que subito sanabantur. Et quan do inueniebamus aliquos habentes febres fortissimas precipiebamus inungi ipsorū stomacum:manus pedes & renes:& subito cōualescebāt ualet ēt ad omnem do lorem emigranee:& ad omnem infirmitatem oculorum ungendo frōtem & timpora & supercilia. Audiuistis uirtutes diuersas & uarias ūguenti pretiosi alabastri quod nos composuimus:audiuistis causas:signa:& acci dentia primi pāniculi qui apparet in oculis:ad modum granorum milii:secundum experimentum nostrum & artem nostram probatam oculorum.

De secundo paniculo.

n V nc uero uolo uobis dicere de secundo pāni culo qui apparet supra tunicam ad modum lē tiginis:ad similitudinē unius squame piscis:dico ergo q si iste pāniculus a principio quando generatur nō curabitur secundum modum quem uobis dicā: nūquā

poterit postea pfecte curari. sic q infirmus nõ bene uideat eo q multũ incarnatur ĩ oculo & durus ualde efficitur: supra tunicam. & si uelles eum elleuare cum rasorio non posses ita subtiliter incidere: quin incideres tunicam: & si eam incideres totus oculus liquefieret. unde dico q quando uidebitis istos pãniculos qui non sint recentes & noui sed ãtiqui sint & indurati supra tunicam: non assumatis eos in cura. eo q nullum posse tis honorẽ habere. & uestra bona fama posset turpibus maculis denigrari. ũde sitis sapiẽtes ĩ hoc & dimittatis tales curas ut non teneamini stulti. & operamini artẽ artem secundum q ego docebo uos. & non curetis infirmitates que sint incurabiles sed operamini secundũ ueritatẽ ad honorẽ dei. Ad huc uolo uobis dicere de secundo pãniculo & dico q secundus pãniculus debet curari in principio antequam nimis incarnetur sup tunicam saluatricem: eo q si nimis incarnaretur nullum remedium ei postea fieri posset sine magno periculo & ideo antequam induretur curetis eum secundũ hũc modum: primo enim facias cauterium in timporibus cum cauterio rotundo sicut uobis demõstrabimus ubi de cauteriis tractabimus: eo q ignis atrahit dissoluit et consumit nec dimittit paniculum incarnari super tunicam sic q atrahendo dissoluendo & consumendo p illum locũ cauterizatum consumitur pãniculus ille: &

oculus clarificatur cum istis medicis quas hic ponam inmediate. Facto ergo cauterio: ponatur in oculum eius de puluere nabetis: postea habeas .iiii. poma & coque ea in igne: quibus coctis & mundatis a suo cortice: pista ea in mortario de metallo: & quando erunt bene pistata: recipe unum albumen oui & misce illud totũ cum predictis pomis donec efficiatur sicut unguentum de quo unguento pone supra stupas: & postea pone super oculum clausum: & muta eum scilicet bis in die: ponendo primo puluerem in oculo: postea unguentũ de super oculo clauso tene: postea liga cum binda linea & cum isto implastro seu unguento a mane usque sero: & a sero usque ad mane: & cum isto modo liberabitis istos pãniculos cum auxilio dei: quando ipsi erunt recentes: & recuperabit infirmus uisionem perfecte. Cũ isto enim modo liberauimus multos: propter quod laudemus deum omnipotentem.

De tertio paniculo.

c Ompleuimus uobis de primo: & secũdo pãniculis: & diximus uobis causas: signa: accidentia & curas: Nunc uolo uobis dicere de tertio panniculo q apparet sub tunica oculi ad modum unius flochi niuis quando ningit. Et dico sic q̃ ĩ principio debetis obseruare curam superius dictam ĩmediate in cura secundi pãniculi: nã debetis facere cauterium in timporibus

13

& in oculis ponere puluerem predictum nabetis:sed cū isto puluere adiungetis istam medicinam que ualet cō tra albedinem oculorum & est ista. Recipe.ʒ.ii. boni ligni:aloes:aliahas.ʒ.iiii.& habeatis unam scutellā nouam plenam carbonibus īcensis:et ponatur dictum lignum aloes supra dictos carbones īcensos ex alia p te habeatis unū bacille nitidum & magnum & coapia tis cum eo dictam scutellam taliter q̄ fumus non pos sit exalare recepto illo fumo in dicto bacilli habeatis .ʒ.se.pulueris nabetis:& ducatis eum cum pistello fer reo in dicto bacilli in quo receptus est fumus iste do nec puluis sit bene subtillissimus: facto isto puluere ponatis de eo in oculis omni die bis: postea clausis o culis de sup ponatur emplastrum depōis ut superius dictum est in secundo pāniculo. Et cum isto modo cu re sanabitis tertium pāniculum:& non cum alio modo donec infirmus sit bene liberatus:& ex īde deum lauda mus:eo q̄ multos sanauimus ex istis pāniculis:de qui bus tertiis panniculis plures inuenimus in partibus tu scie.quam in aliquibus aliis partibus.

Volo modo uobis dicere ex quo sit puluis nabetis & magnā eiusuirtutem ad pāniculos oculorum.

d I co q̄ prima uirtus pulueris nabetis est sanare istum secundum & tertium paniculum qui in oculis generatur: & puluis iste ē ex zucharo nabete

secundum arrabicam liguam:& secundum sarracenam lingua:& barbaricam:fit ex zucharo gilbel:nos uero christiani uocamus eum zuccharum gilbel.uel zucharum nabet:& uocamus eum candos alexadrinos:ex q bus candis alexandrinis fecimus puluerem nabetis q qui puluis multa mirabilia operatus est in paniculis oculorum:primo quia molificat panum oculorum:secundo quia mittigat dolorem:tertio q a destruit & expellit rubedinem oculorum:corrodit panum & totam maculam:& confortat oculum:uisum subtiliat lachrimas constringit:si sint ex humore frigido & e ita securus puluis q omnibus infirmitatibus oculorum cofert:&

puluis ex saccharo Cand. vocatur puluis nabet.

omnibus morbis oculorum subuenit

Hic uero i speciali uolo uobis magis explanare uirtutes pulueris predicti:& primo q puluis iste molificat propter magnam eius humiditatem:dolorem mitigat propter puritatem & tempiem sue caliditatis:paniculum corrodit propter suam duriciem:eo q antequa in aquositate dissoluatur multum corrodit panniculum oculorum:confortat et multum oculum:quia si aliqua obscuritas est in oculis purificando eos uisum clarificat:& spiritum uisibile uiuificat constringit et lachrimas si sint ex humore frigido eo q pp ipius caliditate temperat frigiditatem humoris illius ex quo lachrime generantur. Diximus uobis de uirtutibus pulueris nabetis:& qualiter debetis eu componere cu

14

fumo ligni aloes: pro tertio panniculo secundũ nostrũ magisterium & artem nostram probatam oculorum. Nunc uolo uobis dicere de quarto pãniculo.

De quarto paniculo.

d Ico ergo q̄ quartus panniculus est quando totus oculus apparet albus: nec aliq̄d apparet de nigredine tunice siue pupille: & generatur paniculus ille propter magnum dolorem in medio capitis cũ magno furore totum oculũ circundantem: propter quod totus oculus dealbatur: & apparet oculus in colore lucente sicut allabastrum: & ab illa hora antea infirmus nihil uidet: & dicit q̄ totus mundus apparet ei albus nec cognoscit unam rẽ ab alia: & oculi eius semper lachrimantur: & tota naturalis albedo apparet rubea circa tunicam dealbatam. Audiuistis causas: signa: & accidentia quarti paniculi: modo uolo uobis dicere curam eiusdem secundum artem nostram probatã oculorum.

De cura eius.

Fiat primo cauterium in sũmitate capitis in loco ubi coniungitur cõmissura sagitalis cũ coronali secũdũ q̄ uidebitis ubi de cauteriis tractabimus: Facto cauterio: recipiatis .xii. albuĩna ouorũ: & ponatis ea ĩ una scutella noua & conquassetis ea cum cocleari donec efficiantur sicut spuma: postea permittatis ea aliquantulum quiescere: postea amoueatis spumam & illa aqua

que remanet in fundo balneetis bombicem: & ponatis supra oculum clausum: & hec fiat decies in die: & totiens in nocte: quousq; infirmus sit perfecte sanatus: & cum isto modo cure curetis quartum pāniculum: & non aliter. Et pre ceteris uobis consulo amici mei karissimi ut debeatis curare secundum artem nostram probatam: & cauete uos tanquam ab igne: ne curetis istos .iiii. pāniculos predictos nisi cum medicinis: quas uobis hic scripsi: eo q; si eos cū aliis curabitis medicis: addetis dolorem dolori. Compleuimus uobis quartū tractatum paniculorum: q; generantur ī oculis propter abundantiam sanguinis. Docuimus etiam uos causas accidentia signa: & curas: uniuscuiusq; eorum secūdum artem nostram probatam oculorum.

De infirmitatibus que in oculis generantur: ex abundantia humoris flegmatici.

i Ncipiamus hic in nomine christi: de īfirmitatibus aliis que ī oculis generātur propter abūdātiam flegmatis: in multis hominibus lachrime superuenīunt in oculis: propter quas lachrimas tres diuerse infirmitates in oculis generantur: prima quarum est diuersa & pessima infirmitas que in oculis generatur. unde dico propter magnum cursum lachrimarum in multis hominibus palpebre superiores molificantur: & interiori parte alterius palpebrē pilli nascuntur. qui continue

pungunt oculum:& pupillam:propter quā pūctionem oculi pāniculosi fiunt:& taliter conturbantur ꝙ infirmus non potest oculos apire donec illi pili aliquo modo extrahantur. tunc illis pilis extractis infirmus uidet optime:& aperit oculos donec renascuntur: & cū renascuntur infirmus reddit ad peiorem statum quam unquā foret:propter quod melius foret infirmo ꝙ illi pili nunquam fuissent extracti:eo ꝙ ut scitis quanto plus pili extrahūtur uel raduntur tanto grossiores nascuntur:& quando unus euellitur quatuor renascuntur & pungunt pupillam ac si forent pilli porcorum:& ex illa punctura oculi conturbātur & efficiūtur rubei:taliter ꝙ infirmus nō potest oculos aperire propter magnam punctionem illorum pilorum:ex quo multi homines uisum pdunt & totam oculi substantiā.

Cura infirmitatis predicte.

d Ocuimus uos causas:signa:et accidētia:prime īfirmitatis que consurgit in oculis: propter lachrimas cum flegmatis abundantia:nunc uolo uos docere curam secundum artem nostram:& hec est cura.

Recipe duas acus longas ad lōgitudinē digiti minoris manus:postea habeas unum fillum & ponas ipsum per foramen istarum duarum acuum: postea eleua palpebram supiorem cum digitis tuis:& capias de pelle palpebre inter istas duas acus taliter ꝙ non pos

sit claudere:nec aperire oculū: postea liga dictas acus bene strictas ab utraq; pte: & dimitte dictas acus cadere cum dicta pelle palpebrarum: & postquam acus ce cus ceciderit non ponas aliquam medicinam supra foramen dictarum acuum:eo ꝙ de p se illa foramina dictarum acuum sanabuntur:& tunc si pannus ille qui in oculis generabatur & conpunctio punctorum nō cōsūmitur de per se:cura ipsum cum puluere nabetis oī die bis donec oculi sit bene clarificati:& cum isto modo cure multos homines sanauimus: a quibus multas pecunias lucrati sumus:& plus generatur infirmitas ista in calabria quam in aliqua alia parte mūdi:& plus in mulieribus quam in hominibus generatur.

Docuimus uos causas:signa:& curas prime infirmitatis que in oculis generatur propter habundantiam lachrimarum.

De secunda cura infirmitatis que in oculis generatur propter abundantiam flegmatis.

d Ico ꝙ infirmitas ista est quando oculi appēt turbati & puſclōſi & pleī ueiclis & uidet infirmus sed nō clare:& uocatur ista infirmitas pānus uitreatus: & hec sunt signa:& accidentia secunde infirmitatis:que procedit seu generatur propter abundantiam lachrimarum in oculis:& propter causam flegmatis modo ponimus curam eius: Quando enī ad uos ueniūt

16

tales infirmi in principio abraso eorum capite.faciatis eis cauterium in sūmitate capitis cum cauterio rotundo in timporibus: faciatis cauterium aliud cum cauterio longo secundū q̄ docebimus uos:ubi de cauteriis tractabimus. Factis cauteriis ut dictum est:ponatis in oculis de uestro puluere alexandrino omni die semel donec infirmus sit bene sanatus:& interī bis purgetur cum nostris pillulis hierosolimitanis:& omī sero quādo uadit dormitum assumat de diaolibano nostro:cum enim isto modo cure sanabitis secundā īfirmitatē que in oculis generatur pp abundantiam lachrimarum ex causa flegmatis:eo q̄ cum isto modo cure multos hoīnes iam sanauimus.& plures ex istis infirmitatibus inuenimus in partibus tuscie.& marchie: quam ī aliqua alia prouincia. Diximus uobis de prima:& secūda infirmitatibus:modo uolumus uobis dicere de tertia.

De infirmitate tertia que in oculis generatur pp lachrimas ex abundantia flegmatis.

t Ertia infirmitas est quādo oculus est totus carnosus: que carnositas si sit indurata supra oculum per spatium unius anni uel duorum:non potest āplius curari:cum pulueribus uel coliriis:sed abraso prius capite faciatis eis cauteria:secundum q̄ uos docui ī capitulo precedenti:sequenti uero die aperiatis oculum cum digitis uestris & incidatis cum rasorio dictam

īfirmitatem.s.carnositatem totam sic discrete tamen ut non tangatis tunicā saluatricē: sed circū circa tunicam inter album & nigrum oclī: paulatim incidatis donec totam carnositatem eleuaueritis. Isto facto implete totum oculum ex puluere alexandrino: sine aliqua alia re & tunc claudat infirmus oculum. Quo clauso ponatur super oculum bombix intinctum in albumine oui usque ad .xv. dies mutādo omni die bis & finito numero .xv. dierum dimittatis albumen oui: & ponatis supra oculum emplastrum factum ex illa sanctissima herba quam nos uocamus cardellā: saraceni uocāt eam tu tōsam: greci zucham: illi de apulia uocant eam carducellum benedictum: uel etiā latuchellā: romani crispigni: tuscani citexbitum: illi uero de sardinia lamiuolā.

De cura eius.

e x quo uobis predictam herbam sanctissimam secundū diuersas linguas nominaui: redeamus ad componendum emplastrum ex ipsa herba sanctissima in hunc modum. Recipe ex ista herba sanctissīa .m.i. & tere ipsam bene & misce cum ea medium albumen oui. postea pone predictum empla. supra bombicē uel supra stuppas: & pone supra oculū bis ī die: uideli. mane: & sero: usque ad tres dies: postea dimittatur ēpl. & pmittatur infirmus oculis apertis & ab illa hora antea curetur cum puluere quousque sit sanatus: uide. cum

puluere alexādrino in mane:& puluere nabetis:in sero:
& abstineat se a cibis contrariis:uidel.ab anguillis:&
fungis:& carnibus bouinis:& hircinis:caprinis:& a car
nibus salsis:a caxeo:& cepis:& ab omnibus acrumini
bus & leguminibus: & similibus. Cum istis enim
modis curationis infinitos homines sanauimus:& plu
res istarum infirmitatum inuenimus in sardinia:quam
in aliis prouinciis.

De scabie oculorum.

c Ompleuimus uobis de tertia infirmitate:nunc
uolo uobis dicere de quarta. Quarta infirmi
tas est quando oculi apparent semper tumefacti:& sē
per lachrimantes:& infirmus non potest bene aperire o
culos propter grauitatem palpebrarum superiorum:
Vnde quando uultis de illa infirmitate certificari:debe
tis inuersare palpebras superiores cum digitis uestris
& uidebitis ꝙ palpebra īteriori parte apparebit pīguis
& assimilabitur illa pinguedo granulosa in modū gra
norum milii.Et hāc infirmitatē arabes & saraceni: uo
cant Laraf minor: que dicitur scabies oculorum: hec
enim infirmitas prouenit ex abūdantia flegmatis sal
si:& debet curari p istum modum. Nā in principio de
bes curare stomacum:& cerebrum cum istis medicinis
Recipe turbit:aloes:epatici:reubarbari:ān.ʒ.se.post
ea habeas lib.i.succi radicū ebulorum:& dissolue ī eo

predictas res: & dimitte ea sic remanere tota nocte postea in mane colletur: & illam collaturã bibat infir mus: sequenti uero die apiatur oculus & inuersetis palpebram cum uestris digitis: & amoueatis illam car nositatem cum manibus & cum ferro: incipiendo inci dere a parte lachrimarum: & amoueatur tota illa grasi cies & integra que apparet granulosa que est sub pal pebris. Deinde elleuata carnositate illa intus oculum bombix madefactus in albumine oui ponatur supra oculum bis in die usq; ad. xv. dies quibus transactis: ponatur supra oculum illud ẽplastrum gratiosum bis in die: usq; ad tres dies: & ab illa die inantea teneat sem per infirmus oculos apertos: ponendo semper omni se ro de nostro colirio alexandrino donec infirmus sit p fecte liberatus. Et cum isto modo cure multos hoĩ nes sanauimus: & plures reperimus in partibus barba rie infra saracenos: quam in aliqua alia parte mundi: dũ enim essemus in partibus illis: multas inuenimus mu lieres saracenas que istum modum cure opabantur in hũc modum: nam accipiebant folia ficus: & ĩuersabãt palpebras superiores & fricabãt eas cum illis foliis do nec palpebre efficiebantur sanguinolente: multas enim sanabant dicte mulieres cum illo modo cure. sed nõ re manebant diu in illo statu: multi ẽt alii accipiebãt zu charum: & fricabant eum super illam granulositatem

18

propter quod aliqualiter conualescebāt: sed infra paucos dies ad statum primum reuertebantur: eo q curati non fuerant secundum artem nostram probatam.

Compleuimus uobis tractatum de infirmitatibus oculorum: que in oculis superueniunt propter abundantiam lachrimarum ex causa abundantie flegmatis. Docuimus ēt signa causas: accidentia & curas uniuscuiusq earum secundum artem nostram probatam.

Electuarium mirabile ad lachrimas oculorum que procedunt ex causa flegmatis.

h Ic uolumus uos docere mirabile ellectuariū q nos composuimus ad lachrimas oculorum que procedunt ex causa flegmatis. de quo semper post medicationem nostram aliquantulum detis infirmis.

Recipe olibani: castorei: nucis muscate: nucis indie: gariofilorum: cubebarum oīum. ān. ʒ. i. foliorum lauri: spicenardi: croci: ān. ʒ. ii. seminis psilii: carui: anixi: & seminis alexādrini: feniculorum oīum: ān. ʒ. se. pinpinelle sicce: pulegii. isapi: seminis rutte: ān. ʒ. ii. seminis iusquiami: papaueris albi: mussi canfore: ān. ʒ. i. omīa ista subtiliter pistentur: excepto olibano q debet buliri ī melle bene dispumato & liquido: postea remoue ab igne mel cum dicto olibano: & pone ipsum in una scutella ducēdo sēper bene cum baculo: uel cum spatula ut bene incorporentur: postea pone ipsum ī una parasside. &

detis.

detis de ipso infirmo:post quam curaueritis ipsũ cum uadit dormitum:ad quantitatem unius castanee.

Descripsimus uobis mirabile ellectuariũ ad lachrimas oculorum:que semper abundant in oculis & uocamus hoc ellectuarium mirabile: eo q mirabiles uirtutes habet:nam ipsum mirabiliter constringit consumendo flegma:cerebrũ calefacit: dolorem emigraneum tollit:oculos aperit:elleuat supercilia:uisum clarificat: ualet ẽt multum paraliticis:& illis qui loquellam ammittunt:& qui non habent linguam expeditam. Et secundũ q nos ad hec ipsũ probauimus:ita uobis scripsimus nam probauimus ipsum in multis:quos cum illo ellectuario curauimus.

De caligine oculorum.

